

suis eos mittebat. nichil de sensu<sup>(a)</sup>, neque de intellectu<sup>(b)</sup>, sive de locutione, tamquam inlaqueatis bestiis, ad audire seu<sup>(c)</sup> videre erat<sup>(d)</sup> gens bruta. Vagnones, Mastini appellabantur<sup>(e)</sup>, inlaqueatis bestie similes erant. omnibus eis videntes<sup>(f)</sup>, qui de sensu et intellectu 5 erant ad cognoscendum, omnes eos deridebant<sup>(g)</sup> et expuebant. de alienis omnibus non sinebant<sup>(h)</sup> eis aliquid interrogare<sup>(i)</sup>, neque erat qui intellegeret locuciones eorum. illi autem, qui in<sup>(k)</sup> Caprulas erant habitantes, toti erant similes de omnique ordine, sicut isti, qui de Wederço. et illi Cogodones Caprenses manducatores 10 erant similes porcis, degestabant<sup>(l)</sup> quod enim manducabant. non sciebant<sup>(m)</sup> illi nulla laboratione alia facere, sed omnesque<sup>(n)</sup> omnino storiis<sup>(o)</sup> erant laboratores et piscatores<sup>(p)</sup>.

Hetolus autem appellatus est, quia ipse erat princeps de his, qui ministerii erant retinendis. duces autem et omnes tribuni<sup>(q)</sup> 15 concesserunt eis, ut in territorium Plavis multitudine armentui bestiarum custodire deberent, quas ibi duces seu et Gaulus, frater eius, et omnes tribuni<sup>(q)</sup> ibi erant habentes<sup>(r)</sup>. nomina retinentium, quomodo appellantes erant<sup>(s)</sup>, hoc modo dicamus. ipse predictus Hetolus cum matrona uxore sua<sup>(t)</sup> seu et filiorum suorum iumentorum et equorum<sup>(u)</sup> erant vardatores; Senatores sellis erant retinentes; Pinctoli<sup>(v)</sup> bracorum maiorum<sup>(x)</sup> erant vardatores: Valcarii canes observabant; Vanarii vanifactores et astores custoditores; Nanna catelli nutritores et caciatores assidue; Pascalici grex porcorum mitentes in pastu; Cristoli castratores seu sanguellatores<sup>(y)</sup> 20 equorum fuerunt; Gardiagas Gauros saline ducibus factores; Cerezeos carros<sup>(z)</sup> et boves erant menaturi<sup>(aa)</sup> et omnes<sup>(bb)</sup> navigabant; Venerii, Ranarii appellantur, ravras et caulas et porros ducebantur et omnes<sup>(cc)</sup> navigabant<sup>(dd)</sup>; Bycicas becariam<sup>(ee)</sup> retinentes erant<sup>(ff)</sup>; Bececani yrci comperatores erant seu occisores sive in foro carne 25 vendentes; Becini Berbicini ipsi fuerunt scorticatores berbicino-

(a) *V* sensum    (b) *V* intellectum    (c) *V* sed    (d) *D* erant    (e) *V* Mastinos appellabantur    (f) *D* videntem    (g) *D* deridebat    (h) *V* sinebat    (i) *V* interrogabat (k) *V* om. in    (l) *V* porcos degestant *D* deiestabant    (m) *V* sciebat    (n) *V* omnique (o) *D* storia    (p) *V* episcatoribus    (q) *V* tribunos    (r) *D* erant ibi abentes    (s) *V* om. erant    (t) *D* sua uxore    (u) *V* iumentas et equibus    (v) *D* Pictoli    (x) *V* bracos maiores    (y) *D* sanguellat.    (z) *D* om. carros    (aa) *V* menatori    (bb) *D* *V* canes (cc) *D* canes    (dd) *V* om. et omnes navig.    (ee) *V* becaria    (ff) *V* om. erant